



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

Eiaculatoriae orationes ex psalmis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

*Eiaculatoria orationes ex
Psalms.*

Psalms. 8.

Domine, Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

17. Diligam te, Domine fortitudo mea; Dominus firmamentum meum, & refugium meum.

31. Anima mea tibi (Domine) viuet, & semen meum seruiet tibi.

30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te.

34. Dic animæ meæ, Domine, salus tuæ ego sum.

41. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.

56. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.

72. Quàm bonus, Israel, Deus his qui recti sunt corde.

Ibid. Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.

Ibid. Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.

Quàm

Quàm dilecta tabernacula tua, Domine Deus virtutum; concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. 35.

Beati qui habitant in domo tua Domine; in secula seculorum laudabunt te. *Ibid.*

Melior est dies vna in atrijs tuis super millia. *Ibid.*

Benedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. 102.

O Domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. (Ecclesiæ, scilicet, & Mariæ.) 115.

Fiat Domine cor meum immaculatū, vt non confundar. 118.

Totus integer hic Psalmus 118. plenus est eiuscemodi eiaculatorijs precibus.

Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? 136.

Adhæreat lingua mea faucibus meis? si non meminero tui Syon. *Ibid.*

Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas: Et vide; si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna. 138.

Notam fac mihi viam, Domine, in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. 142.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. 144.

M s

Mag

146.

Magnus Dominus, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus.

*Eiaculatoriæ orationes ex B. Augustini
Confessionum libris.*

Ex lib. 1. c. 1.

Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

c. 5.

Quis mihi dabit, Domine, ut venias in cor meum, & inebries illud, ut obliuiscar mala mea, & vnum bonum meum amplectar te.

Quid tibi sum ego, ut amari te iubeas à me, & nisi faciam, irascaris mihi, & muneris ingētes misérias? Parua est ipsa miseria, si non amem te.

Noli abscondere à me faciem tuā, Domine; moriar, ne moriar, ut eam videam.

Angusta est domus animæ meæ, quo venias ad eam, dilatetur à te. Ruinosa est, refice eam.

*Ex lib. 3.
cap. 11.*

O bone Deus omnipotens, qui sic curas vnumquemq; nostrum, tanquā solum cures, & sic omnes, tanquam singulos.

*Ex lib. 4.
c. 1.*

Quid ego sum mihi, Domine, sine te, nisi dux in præcepis?

Aut quid sum, cum mihi benè est, nisi fugens lac tuum, aut fruens te cibo, qui nō corrumpitur?

Te